

- xxxiij. **D**  
 Ditate clericum, est contra regulam Christi.  
 Sylvester papa & Constantinus imperator errauerunt ecclesiam dotando.  
 Oēs de ordine mendicantiū, sunt hæretici: & dātes eis elemosynā, sunt excōicati.  
 xxxiij. Ingresses religionem aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad seruandū  
 xxxv. dum diuina præcepta, & per consequens ad perueniendum ad regna cælorum, nisi  
 apostataruerint ab eisdem.  
 xxxvi. Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus, sunt hæretici, eo q̄ pos-  
 sessionem habēt, & cōsentientes eis, omnes uidelicet domini seculares & cæteri laici,  
 xxxvij. Ecclesia Romana est synagoga sathanæ, nec papa est immediatus et proximus uica-  
 rius Christi & apostolorum.  
 xxxviij. Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt à Christi fide: & clerici sunt stul-  
 ti qui student eas.  
 xxxix. Imperator & dñi seculares seducti sunt à diabolo, ut ecclesiā dotarēt bonis t̄palib⁹.  
 xl. Electio papæ à cardinalibus, per diabolum est introducta.  
 xli. Non est de necessitate salutis, credere Romanam ecclesiam esse supremam inter  
 alias ecclesias. Error est, si per Romanam ecclesiam intelligat uniuersalem ecclesiam  
 aut concilium generale, aut pro quanto negaret primatum summi pontificis super  
 alias ecclesias particulares.  
 xliij. Fatuum est credere indulgentiis papæ & episcoporum. **E**  
 xliiij. Iuramēta illicita sunt, quæ fiūt ad roborandū hūanos cōtract⁹ et cōmercia ciuilia.  
 xliiij. Augustinus, Benedictus, Bernardus, damnati sunt, nisi pœnituerint de hoc q̄ ha-  
 buerit possessiones, & instituerunt & intrauerunt religiōes, & sic à domino papa usq̄  
 ad infinitum religiosum omnes sunt hæretici.  
 xl. ultimum. Omnes religiones indifferentē introductæ sunt à diabolo. Idēq̄ Ioannes Vuicleff  
 xlv. libros dialogum & trialogum per ipsum nominatos, & plures alios tractat⁹, uolumi-  
 na & opuscula composuit, in quib⁹ præscriptos & plures alios dānabiles inseruit &  
 dogmatizauit articulos, quos libros ad sui peruersi dogmatis publicationem publice  
 legendos exposuit, ex quibus insuper multa scandala, dāna animarum & pericula in  
 diuersis regionibus, & præsertim Angliæ & Bohemiæ regnis, secuta sunt, aduersus  
 al. uirtute quos articulos atq̄ libros in dei ueritate exurgentes magistri & doctores uniuersita-  
 rum & studiorum Oxoniensis & Pragensis, articulos prædictos scholasticè diu post  
 reprobauerunt. Reuerendissimi insuper patres archiepiscopi, episcopi, pro tempore  
 Cantuariensis & Eboracensis sedis apostolicæ legati in Angliæ, & Pragensis in Bohe-  
 miæ regnis, condemnauerunt libros etiam eiusdem Ioannis Vuicleff comburendos for-  
 re. Dicitur archiepiscopus Pragensis sedis apostolicæ commissarius in hac parte, sen-  
 tēcialiter iudicauit, & eorum qui superessent, prohibuit lectiōem. Rursus his ad noti-  
 tiam sedis apostolicæ & generalis concilij deductis, Romanus pontifex in cōcilio Ro-  
 manorum ultimo celebrato, dictos libros, tractatus et opuscula condemnauit, itē  
 illos publice concremari, districtius inhihendo, ne quis Christi nomine insignitus,  
 auderet aliquid seu aliquos seu aliqua ex dictis libris, uoluminibus, tractatibus et opu-  
 sculis legere, exponere uel tenere, aut illis quomodolibet uti, uel illos, nisi in ipsorū  
 reprobationem, allegare publice uel occulte. Et ut de medio ecclesiæ illa periculosa  
 spurcissimaq̄ doctrina eliminaretur, iussit omnes per locorum ordinarios, libros, tra-  
 ctatus, uolumina et opuscula huiusmodi, auctoritate apostolica per censuram ecclesia-  
 sticam (etiam si opus esset cum adiectione, q̄ cōtra non parentes procederetur tanq̄  
 cōtra fautores hæresis) diligēter inquiri, et reptos ac repta, publice ignibus cōcremari.  
 Hæc autem sancta synodus præfatos articulos XLV. examinari fecit, et sæpius re-  
 censi per plures reuerendissimos patres ecclesiæ Romanæ cardinales, episcopos, ab-  
 bates, magistrōs in theologia, doctores iuris utriusq̄ et plures notabiles in multitudine  
 ne copiosioribus articulis examinatis, fuit reperitum (prout in ueritate est) aliquos  
 et plures ex ipsis, fuisse et esse notorie hæreticos et à sanctis patribus reprobatos, alios